TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0612

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi

https://www.techeudine.it/fondo-joppi

https://www.sbhu.it/

Toppi
612

Mssus.
Marcus Gradonicus
Patha Aquil.s
5
Synodus
a.d. ultimi 1649.
(inedito)

Joffi · exlibris.

C.V.

SYNODUS
quam
Illmus, et Reverendissimus
D. D.
MARCUS GRADONICUS
PATRIARCA AQUILEJENSIS
paraverat celebrandam
Anno 1649

Transcripta ex originali autentico, quod asservatur in Aquil. Patbli [?] ... Cancellaria.

In nomine Ssmæ et Individuæ Trinitatis
Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen

Hac die – – – – – – – – – – Anno Dmni
Millesimo sexcentesimo Quadragesimo nono 2da indictie
Pontificatus verò Ssmi Dni Nri D. Innocentij Divina Provi-
da. PP. X. anno – – – – Sicq. in termino cadenti adic-
ti diei.
Convocata fuit in Pathcali Ecclesia Divi Antonij Civitatis
Utini Sacra Synodus Diæcesana Aquilejen. coram Illmo
et Rmo in xto Patre ac D. D. Marco Gradanico Miseratione
Divina Aquilejæ f. Patriarcha &c. in qua subscripti inter-
fuere.

Convocatorum nomina

*pronuntiatum sequens decretum

De Synodo Diœcesana inchoando

Schedule volans

Nos Marcus Gradonico Divina miseratione Pathča Aquilejæ &c. ad laudem, et gloriam Ssmæ Trinitatis Patris Filij, & Spiritus Sancti ad honorem Beatsmæ Virgis Mariæ Sanctorumq. M.M. Hermagoræ et Fortunati Metropolitanæ hujus Sedis Patronorum ac S. Antonij Abbatis hujus Ecclesiæ Titularis pro moderandis Fidelium nostræ sollicitudini comissorum moribus et Eccl̃æ disciplina instauranda presentem Diœcesanam Synodum incepisse inceptamq. esse decernimus statuimus atque sancimus. Emittat Deus pro sua pietate in nostræ humilitatis Conventus magni Consilij Angelum, qui actiones Synodales dirigat in beneplacito suo

| Exinde decretum de modo vivendi

Postque Divinum Officium, et Sacrificium præmissa oratione jussu Illmi et Revmi DD. Patriarchæ publicatum fuit Decretum Sacri Tridentini Concilij sess. 24 cap. 2 de celebranda Synodo, moxque per D. Muzeninum Notm publicatum sequens decretum.

Illmus, et Rmus in Xto Pater, et D.D. Marcus Gradonico divina Miseratione Patriarcha Aquilejæ &c. præsentis Decreti vigore ad singulos hic convocatos, seu etiam in hac Synodo convocandos intelligentiam declarat, quod si contigerit in illius celebratione aliquem debito seu prætenso loco, non stetisse, sedisse, vel vocatum fuisse aut aliud egisse non ideo circa præcedentiam præjudicium illatum jure intelligatur, sed unicuique jus suum semper illæsum existat.

Et qui Dnus Muzeninus Nots hæc quæ sequnt publicavit

Nos Marcus Divina Miseratione Patrca Aquilejæ &c. Decretum Sacri Concilij jam lectum exequentes in hujus nostræ Synodi impressum statuimus ne singulos causa actionem Synodalem impediant, seu retardent ut si quis accusationes, et querellas deferre aut etiam absentium excusationes proponere voluit accedat hodierna die hora vigesima

sima in hac Ecclesia coram

Adm. Rdis DD. . . . . . .

Quos ad præmissa Judicis deputamus Declaramus quoque et deputamus in promotorem Fiscalem Exm. D. Celsum de Pramparo.

In Secretarium

Adm. R. D. Nicm. Michili Doctorem Theologum seu Rdm. D. Joannem Baptam Sertorium

In Magistros Cerimoniæ

Rdum D. Joanem Baptam Romanellum, et
Rdum D. Josephum Battellum

In Notarios

D. Bernardinum Ornianum Cancellarium Nostrum Pathcalem a quo, et Decreta nra in publica acta redigentur et D. Francum Muzeninum Notarium Curiæ Nræ, a quo Decreta aliaque in Synodo legenda legentur dessumptis Decretis Sacri Concilij Tridentini quæ lectura ad Pontificalis Romani perscriptum habebitur ab Adm. Rdo Archidiacono.

Exhibitis itaque politijs fuerunt omnes per Notarium, et Cancellarium vocati, absentesque signati.

et

Et facta per Lectorem nunciatione Decreti Sacri Tridentini Concilij de Fidei professione ad sess. 24 c. 2 facta fuit per me Notarium monitio per haec verba.

Monentur omnes et singuli qui aliàs in Synodo de professionem Fidei non emiserunt, et post novissimam Diœcesanam Synodum ad Canonicatus seu alia beneficia Ecclesiastica promoti sunt, ut genuflexi professionem Fidei lectione mediante pressa voce prosequantur.

Perlecta statim alta voce a lectore Forma professionis Fidei usq. ad juramentum inclusivé.

Vocati per me Notarium, et Cancellarium fuerunt ad praestandum ordinatim in manibus Illmi et Revmi D. D. Patriarchae juramentum infrascripti qui singilatim per Rdum Cerimoniae Magistrum ducti ad pedes ejus Illmae et Rmae Dominationis Fidei professionem emiserunt.

Impostærum etiam quicumque de Ecclesiasticis beneficijs curam animarum habentibus, aut de Canonicatibus et Dignitatibus provisus teneatur infra duos menses a die adeptae possessionis beneficiorum in manibus nostris vel nobis impeditis in manu Vicarij nostri Generalis ortho-

doxæ

doxae Fidei publicam facere professionem, atque in Romana Ecclesiastica obedientia se permansurum vere jurando polliceri. Id quod Canonici, et dignitatis non solum coram nobis, seu Vicario Nr̃o, verum etiam coram Capitulo, ad quod spectat intra ejusdem temporis spatium perficient, alioquin fructus non facient suos, nec illi quicquam possessio suffragabitur.

Præter hos Regulares et Seculares Sacerdotes, ubi primum facultatem a nobis obtinuerint concionandi in hac nr̃a Diœcesi, vel sacerdos confessiones excipiendas Fidei professionem emittat.

In secunda Sessione

Præmissis expletis Lector processit ad lecturam Decreti de Examinatoribus Synodalibus, sess. 24. c. 18

examinatores xx tanta Quo prælecto Decreto ego Notarius, et Cancellarius hæc publicavi.

Nos igitur Marcus Patriarca qui super hoc Decreto prosequi cupientes vobis in Examinatores proponimus

. . . .

Cui

Cui propositioni per Nrum Notarium repetitae, et denuò per D. Secretarium Synodi nuntiatae, cum omnes Convocati acquievissent fuerunt ordinatim vocati antescripti D.D. Examinatores ad praestandum, quemadmodum debitum juramentum praestiterunt in manibus Illmi et Revdmi D.D. Patriarchae

Exinde lector

Prosecutus est Decretum de ijs eligendis, quibus causae a S. Sede Apostolica comittuntur sess. 25. c. 10

Unaq; Constitutione Summi Pontificis incipiente statum usque ad ver. cum vero

Statimq; ego Not.s haec nuntiavi

Nos igitur Marcus Patriarcha, ut predictae Constitutiones executioni demandentur deputamus, et nominamus in judices

Ad.m Rdos D.D Hieronimum de Toppo Decanum Aquilejensem

Canc.cos Utini { Nicolaum Tracanellum / Antonium a Bonitate / Hieronimum a Porta

Quorum Oportet quod Judices sint in dignitate constituti et doctores

Quorum judicium propositioni omnes pariter Convocati aquieverunt nemine contradicente.

Quare Lector processit dicens

Est etiam consuetudo Sacris introducta decretis, ut in omnibus Diœcesanis Synodis aliquot Viri eligantur spectatæ vitæ, ac probitatis qui testes Synodales appellantur, qui diligenter animadvertant an aliquid in Civitate ac Diœcesi corrigendum, seu emendandum sit, et quotiescumq. opus fuerit omnia ad nos seu Vicarium Nrum Generalem fideliter referant, ut opportuna remedia adhibere valeamus. Propterea probatum hoc institutum sequentes huic officio proponimus.

Adm Rdos D.D. . . . .

Quorum pariter ellectioni nullus Convocatorum oposuit.

Lector postea nuntiavit.

Necesse praeterea requiruntur Regularium Conservatorum Deputatio quorum munus proprium sit

quatuor qui sint in dignitate constituti, ut Doctores

Idcirco ejusmodi officio duximus proponendos

Ad^m R^dos D.D. Bernardum Valvasonum Vicarium

Nrum Patricalem Aquilejensem Gralem

Hieronimum de Torriano Decanum Aquilejensem

Carolum Burali
Joanem Franicum Simeonibus } Canonicos Aquilej.

Fran^cum Brandis Decanum Civitatis

Joannem Marini Decanum Utinensem

Jacobum Orsi

Joannem Carolum de Zucco

Antonium à Bonifato

Constantinum Mainerum

Jacobum Bigotium

Pompejum Caimum

Philippum Arcanum

Antonium Florentinum

Petrum Businellum Archipresbit.^m Sacilli

Fabium Orsetti Plebanum Glemonæ

Francum Puteum Plebanum Ventiani

Plutarcum Sporenum Parocum Collegiatæ Utini

Joannem Francum a Lugaro Parocum divi Hie.

Zenum Chrisopholottum Parocum divi Jacobi

Joannem Baptam Sansonium Parochum Pij Ospitalis

Jaco-

super hoc vide constitutionem Greg. XV de conservatoribus Bullam et monitus de conservatoribus

Jacobum Joanini Parocum divi Valentini
Joanem Baptam Picinum Parocum Ssmi Redempt.
Valentinum Josonum Parocum divi Petri.
Bernardinum Paulinum Parocum divi Christophori.

Qui pariter a Convocatis minime obiecti assumpti ad illud munus remanserunt.

Catedratica

Illmus et Rmus D. D. Patriarchas ut ordinata in jam edictis Synodalibus decretis serventur declarat Pathcatis Vicarios Foraneos

Ad.m R.dos D. D. Raphaelem de Zucco Cannonicum Aquil. pro Clero Aquilej. Ecclesiae

Pro Clero Collegiatae Anto.m a Bonitate Canonicum Utinensem

Vincen.m Syllani Can. Civitatis

Pro Clero Abbatiae Sextensis

Vicarium ibidem

Pro Clero Abbatiae Mosacensis

Vicarium ibidem

Pro Clero Abbatiae Rosacensis

Nicolaum Tomadina Plebanum Butrij

Pro

Pro Clero Corneæ Joseph Sotardis Plebanum Tulmetij

Pro Clero Glemone, et districtus Fabium Orsetti Plebanum d.ᵉ Terræ

Pro Clero Sacili et districtus Petrum Businello Archipresbr̃ ibidem

Pro Clero Ventioni Franciscum Pithicum Plebanum ibid.

Pro Clero Regionis Cadubrij Hieronymum Vecellium Plebanum Vallis

Pro Clero Sancti Daniellis, et districtus Hieronymum Bettina

Pro Clero Quadruvij et districtus Gio. Paolo Rota Plebanum ibid.

Pro Clero Varmi, et annexarum ~~[illegible]~~ Ascanium de Varmo Pleb. ibid.

Pro Clero Mortegani et annexarum Chrisophorum Ticetur Vicarium ibid.

Pro Clero Trivignani, et annexarum Jacobum a Bruno Plebanum ibidem

Pro Clero Pertedani, et annexarum . . . . . . Curatum ibidem.

Post Decretorum prolectionem F.ᵃᵗᵘʳ

Oblatio Cathedratici

Tandem Indictio futuræ seris. —

Indictio
Synodi Diœcesanæ Aquilejensis

In nomine Sanctæ, et Individuæ Trinitatis
Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

Marcus Gradonicus Divina Miseratione
Patriarcha Aquilejæ. etc.

R.dis D. D. Abbatibus, Archidiaconis, Præpositis, Prioribus, Canonicis et Vicarijs Diœcesis nostræ Aquilejensis, Ecclesias Curatas, sive Incuratas respective habentibus, tam universè quam particulariter, itemque cujuscumque status Clericis tam secularibus quam Regularibus beneficia Ecclesiastica cum Cura vel sine obtinentibus, necnon sacris ordinibus ini[...] tiatis et in eisdem constitutis sub hac nostra Aquil[...] Diœcesi, qui de jure, consuetudine aut ex Sacri Conc. Trident. decreto Diœcesanæ Synodo interesse debent. Synodum Diœcesanam promulgamus indicimus, et intimamus, omnes, et singulos tam particulariter quam univer-

universaliter monentes illam nos die .... proximè
futuri Mensis .... hic Utini in Ecclesia Patri-
archali D Antonij Dei aspirante gratia in ejus
nomine habituros esse. Itaque omnibus et singulis
supradictis in virtute Sanctae Obedientiae, et sub pae-
nis a jure Canonico statutis et alijs si opus fuerit
arbitrio nro infligendis mandamus et districtè prae-
cipimus, ut die praestituta habitu Clericali cum de-
centi superpelliceo vel Mitra, si qui dignitates cum
Mitrae usu ex privilegio habent in Ecclesiam praedic-
tam in qua Synodus habebitur convenire summo ma-
ne debeant, nec inde absque licentia nostra disce-
dere. Si qui vero ex legitimo legaliq: impedimento
ad Synodum accedere nequiverint illud coram
Judicibus a nobis selectis servatis servandis se pro-
baturos accingant, ut super inde quod juris fuerit
valeat terminari.

Dat. Utini In Nro Patriarcali
Palatio die 1649 ..

Marcus Gradonicus
Miseratione Divina
Patriarcha Aquilejensis

Cum satis superque videri possint, quae a Praedecessoribus nostris, (quorum admirabilem Prudentiam cum pari vigilantia ac pietate coniunctam nulla unquam poterit oratio undecumque congestis laudibus exequare) cum satis inquam videri possint quae in Concilio Provinciali, et compluribus alijs Synodis sanctissimè ab ipsis instituta sunt, quo Ecclesiasticae dignitatis excellentia et vitae morumq. nitor in delicatissima mistici Corporis parte purus omnino, et integer appareret atque ad omnem semper laudem ac honestatem efflorescerct; eam tandem in partem venimus, ut statutis prioribus libentissimè inhaerentes eadem um repetenda, et serio inculcanda duxerimus; quod nos minime fugiat quantum ponderis habeat ac momenti semel iterumq. ad mentem revocata rerum bene praeceptarum necessaria recordatio. Quod prestare non

solum

solum praevio Curae Pastoralis monemur exemplo, sed D. Pauli Apostolico etiam movemur invitamento, dum nos et ~~arguendo~~ corripere et vult obsecrando contendere ~~et increpando~~ ad Officium Gregem concreditum excitare; quo patientiae nostrae fructus uberior appareat, ut praestiti ratio muneris clarius, et luculentius enitescat.

Quare auctores ijs, et hortatores sumus, quos ad praeclara quaeque sacer signavit et evexit character ut illud D. Hieronimi monitum prae oculis semper habeant, atque ad ejus normam, et regulam morum ac vitae rationem omnem accomodent, atque componant. Sic veró ille, sed quam divine." Clamat vestis clericalis animi honestatem, clamat status puritatem, clamat cultus castitatem, clamat professio religionem, clamat officium devotionem, clamat studium contemplationem. In excelso enim posita est Clericorum vita, neque quod caeteris dignitate antecellat ita latere potest, ut eam non omnes intueantur, ac sibi licere quandoque putent, quod illos facere viderint

viderint. Unde sequitur ut nisi a nobis fideles capiant recte vivendi exemplum deplorata et conclamata ipsorum salus videri possit ne dum periculum sit nisi advigilemus, nisi omnes diligentiæ atque industriæ nervos contendamus Ecclesiastica disciplina non parum capiat detrimenti, eoque magis quod (ut habet D. Cyprianus) Ecclesiastica disciplina est custos spei retinaculum fidei, dux itineris salutaris fomes, ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis facit in Christo manere, semper ac jugiter in Deo vivere ad promissa cælestia et divina præmia pervenire. Quare vos in Domino viri religiosissimi obsecro, obtestorq. per singularem Dei in nos indulgentiam perpetuis beneficijs declaratam ut omnia studia, conatus omnes omnemque diligentiam ad fideles in officio retinendos conferatis. illibatæ vitæ exemplo ad bonam frugem revocare contendatis. Quod fiet exacta rerum jam præceptorum per prædecessores nostros observatione, quibus addere nonnulla placuit quod ita ratio temporum

porum exigere, et nostri munus officij requirere videantur.

Neminem ad Sacerdotij ordinem promotum Missam cellebrare sancimus nisi obtenta a nobis privatim benedictione. Hanc vero nulli impertiemur, cui in ceremonijs versatum approbatio unius saltem ex Deputatis non ostenderit.

Deputatorum vero ad ceremonias
audiendas nomina sunt haec.

R.dus Iosonnes Parochus S. Petri
R.dus Ioannius Parochus. S. Valentini
R.dus Piccinus Parochus S.ti Redemp.ris
R.dus Tambossius Parochus. S. Clarae.

et vero Archidiaconi et Vicarij Foranei

Synodus

Hic cadit instrumentum publicum de actis per turdum in Diæcesana Aquilejensi Synodo.

In Dei æterni nomine Amen. Anno a Nativi. Domini nri Jesu Xti Miles.° sexcentes.° Quadragesimo nono ind.e 2.a die vero.

Per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis evidenter pateat et sit notum quod cum Illmus et Reverdmus in Xto Pater et D. D. M. Gradonico Divina Miseratione Patha Aquileja &c. Ejus primæ Synodi Diæcesanæ per suas litteras indictionis Synodi concellebrationem indixisset prout in eisdem litteris datis Utini ex Palatio sua ressidentia die-

Hic inseruntur Constitutiones
ANTONII GRIMANI

editæ anno 1627 et eodem anno Utini Typis impressæ apud Petrum Lorium transcriptæ de verbo ad verbum a pag. 24 usque ad pag. 69 pauculas schedulas si excipias diversis in locis interiectas, quas hic in fine adjcimus citato loco ubi sunt appositæ, et numerata pag. juxta ordinem ejusdemmet Synodi Grimanæ Typis impressæ, quam jam tenemus; et ideo supervacaneum duximus hic rursum exscribere.

Sequitur Synodus
GRADONICA

I

Additiones prioribus Constitutionibus

I

Ubi Aniversaria ex pijs testatorum ante Conci-

-lium Tridentinum relictis ita exigua, et Mis-
sarum Eleemosinæ ita exiles sunt, ut omninò
negligantur. Decernimus in hanc rationem re-
digi, ut in Cathedrali, et Collegiatis Ecclesijs
singulis mensibus omnia hujusmodi exigua
legata ad unum vel plura Anniversaria De-
functorum prout res exiget reducantur. et Mis-
sa pro Defunctis cantetur a toto Clero. Sacerdo-
tes autem omnes ibidem presentes celebrent et
applicatione Sacrifitij vel Sacrorum pro Benefac-
toribus orent. Omnia verò legata inter præsentes
distribuantur, habita proportione, ut singulis men-
sibus ipso die Anniversarij distributio, illis qui
Sacerdotes non sunt vel Sacerdotes sunt, sed cele-
brare Missam pro Anniversario negligant, et Missæ

cantatæ

cantatæ solumodo intersunt attribuatur dimidium quod attribuitur celebranti. In alijs verò inferioribus Ecclesijs plura legata exigua simul uniantur, adeo ut pro qualibet Missa non minus quam 24 solidi attribuantur. Et idem servetur in Missis, ad quas tenentur Venerandæ Fraternitates ante supradictum Concilium Tridentinum.

Maximo cum dolore ad aures nostras pervenit quasdam Ecclesiasticas personas suæ conditionis immemores non sine maximo Ecclesiasticæ Dignitatis dedecore passim in sæcularium Domibus commorari eorum lites et negotia suscipere, per fora cursitare, sequestria, pignorationes urgere, ac si essent exactores et negotiorum gestores. Quare huic gravissimo malo occurere volentes præcipimus, et mandamus, quod infra dies octo ab hujus Synodi publicatione sub pœna suspensionis a divinis ipso facto incurenda, hujusmodi debeant se se ad proprias domos recipere, et ex proprio

Patri

Patrimonio, sive ex servitio alicujus Ecclesiæ necessaria ad victum, et corporis cultum sibi suppeditare. De cætero sub eadem pœna nemo audeat se laicorum, et potentiorum servituti addicere sive fiat pro filiorum educatione, sive alia honesta de causa, nisi de licentia nrã in scriptis de semestri in semestri gratis renovanda. Quod si secus fiet gravioribus etiam pœnis ad arbitrium nostrum plectentur. Possint tamen Clerici, et Sacerdotes proprias, et propriarum Ecclesiarum causas suscipere ac tueri.

Confessiones Mulierum, et puerorum non audiantur, nisi in Ecclesia in Confessionali cum craticula patenti ab ortu usque ad occasum solis a Parochis cum superpelliceo, stola, et bireto indutis a Regularibus autem cum stola tamen, et qui secus audient pœnis arbitrio nostro subiacebunt.

Non audeant Regulares alienorum Parochianorum Confessiones excipere a Dom.ª 3 Quadragesimæ usque

ad

ad octavam Paschatis nisi de licentia proprij Parochi in scriptis, quod omnino prohibemus.

Mulieres ab altari omni modo arceantur, nec sub quocumque prætextu, sive pro luminaribus accendendis, sive extinguendis sive etiam pro ipsis Altaribus ornandis admittantur; eædem, et repellantur a Campanarum pulsatione, quod sumopere dedecet, quod si secus fiet ad nostrum arbitrium plectentur Curati, seu Sacerdotes, sub quorum districtu hæc committi contigerit. Claves Ssmæ Eucharistiæ Sacrorum Oleorum, et Fontis Baptismalis semper sint penes ipsos Parochos nec cuique sint in libertate, inde enim possunt contingere maxima scandala. Curati quoad hoc deridés plectentur ad arbitrium nostrum.

Cum Scolastici tam in Cathedrali, quam in Collegiatis Ecclesijs certos jam, ac statos quotannis proventus habeant, norint, nisi muneri suo satisfecerint hoc est nisi timorem Domini Clericis inculcarint.

caverint necessaria melioris vitæ documenta instillarint latinę linguæ præcepta tradiderint, vel propria vel aliena ope, vel opera id præstiterint se quarta parte redituum plectendos quæ ad ipsorum clericorum usum pertineat.

Cum Theologis eadem omninó ratio ac regula tenenda erit, nisi jam præfixis per anni circulum temporibus maximé ad Sacerdotes, aliosque in sacris constitutos aut sermonem habuerint, aut sacrarum litterarum lectionem aut psalmorum reriores ac meliores sensus ad captum audientium aperuerint aut ea moralis Theologię præcepta tradiderint, quibus instructi animarum curam faciliorem experiantur, quod nisi muneri suo satisfecerint vel idoneos aliundé viros impensis suis suffecerint qui a nobis approbati vicariam operam præstare commodé possint easdem cum Scholasticis pœnas luant, et gravioribus etiam ad arbitrium nostrum si opus fuerit plectantur.

De Missæ

De Missæ celebratione

Quoniam nulla est tam exacta in præcipiendo diligentia, quam aliqua quandoque vel infringat incuria, vel susq. deq. evertat negligentia. Omnes et singulos hortamur, quibus faciendæ rei divinæ necessitas ex officio aut alio quocumque nomine incumbit ut si quid in hoc genere peccatum hactenus fuerit confestim corrigatur aut ipsa desuetudine pietatis quidquam degeneris in integrum restituatur. Atque in primis cavere Sacerdotem volumus ne lethalis noxæ conscius ad conficiendum sacrificium aliorumque sacramentorum administrationem temere accedat. Illud vero maximè advertat, ne lucrum ullum vel claritati præferat, vel divinæ gloriæ anteponat, turpe enim non minus quam exitiosum est infiniti pretium meriti (qualis res divina est) vilissima

mercede

mercede metiri cum quaestus et lucri causa ad sacram aram accedere maximum sit sacrilegium. Quae verò in ipso Altaris additu praeparatio adhibenda sit, ubi non vasa tantum Domini, sed ipse rerum omnium Dominus castis manibus tractandus, et pura mente sumendus est; satis constat ex precibus quae praemitti moris est, patet ex munditie, et nitore vestium, quam deposcimus liquet ex modestia Sacerdoti imposita, clarum est ex incessùs gravitate, et multis alijs ad tanti mijsterij dignè tractandi majestatem spectantibus, quae ut magno numero occurrunt. sic non tam praecipi, quam commendari satius est; praesertim quod multi sint qui quasi aliud acturi sacris raptim vestibus induuntur, provolant ad Altare Missam ipsam adeo properanter legunt ut ipsos rem sacram confecisse tunc credas cum vix inceperint. ut proindè hor-

hortandi omnes in Domino videantur, ut eum quisque in Sacrificio Missæ modum teneat, ut ij quos interesse contigerit neque affectatam tarditatem, neque praecuratam celeritatem accusare ne dum damnare possint. Qui vero minus expedito hæsitantis linguæ vitio laborant, aut præpostera legendi consuetudine offendunt eos hoc ipso in re tanta diligentiores esse cupimus quo fidelibus solent esse molestiores. Quod fiet si Missam prælegerint prævideriint lacunas, e quibus emergere vel maxime cauti non facile solent.

Cavendum etiam illud, quod pessime nonnullorumque exemplo in offensam trahi fidelium dolemus ne videlicet pridianæ atq. ad luxum compositæ gulæ (quarum abstinentia ex B. Nili sntia mens sereno cælo lucet clarius) divinis dapibus præmittantur cum frugali refectione ita

quæ

præparandus sit animus, ut Regum dapes et Angelorum deliciæ ardenti cupiditate expetitæ magis sapiant magisque delectent, hoc est animum liquida, ac solida jucunditate pascant, atque sustentent.

Statos præterea, et ratos in celebrando ritus ac cerimonias adamussim servari cupimus, neque impunes esse volumus qui Rubricarum jussa, quæ ex Missali Romano ad manum quisque habere potest quomodolibet violavint. Quo in genere ut eorum prudentiam, ac diligentiam, fidemque requirimus qui sacris recentes initiatos approbare solent. ita ipsorum (si minus idoneos aptosque admiserint) conscientiam oneramus. præsertim quod in faciendo re sacra, eundem deinde modu ac morem tenere mordicus in omni vita soleant quem novi, hoc est non satis instructi ab initio Sacerdotes imbiberint.

Anté

Ante Missæ celebrationem matutinas saltem horas cum laudibus persolvisse, ut sapientissime in Ecclesia receptum, et conscientiæ maximè consultum ducimus: ita nisi dies illuxerit aut post meridiem rem sacram ausu temerario fieri prohibemus.

Demum quemadmodum Sacerdotibus Auctores sumus ut Festis saltem diebus rem sacram faciant: ita vagos et discolos excludi, ignotos rejici, exteros ad Sacrificium absque nostra licentia non admitti mandamus. Quod valere etiam volumus in Regulares si extra sui Ordinis Ecclesiam celebrarint: nisi nobis indulta sua constare fecerint. Hoc etiam loco fideles in Domino hortamur, et obsecramur, ut ad celebrantium pietatem, et religionem debitam et ipsi in audienda re sacra attentionem afferant, atque internum cultum externis reveren-

tiæ

tiæ signis præseferant. Quod fiet si detecto capite si flexis genibus si non stantes, non sedentes, non alia negotia tractantes non distrahenda pietatis causas captantes, non præ foribus, sed inter septa Ecclesiæ rei divinæ interfuerint, atque ad rem divinam, quæ geritur mentem animumque attenderint

Suppellex item sacra, ut supra innuimus munda sit locis, et temporibus quam maximé accommodata, sive colores sive elegantiam. spectemus. Quam ad rem duos ad minimum Canonicos tam in Cathedralibus, quam in Collegiatis de toto cœtu eligi, et electos præesse cupimus, qui diligentissimi et vigilantissimi in hoc genere sint inspectores.

Cæterum ipsos invigilare Vicarios Foraneos oportebit, ne quid foris in hac parte per incuriam, aut negligentiam admittatur quod vel divi-

divinum cultum impediat, vel aliqua ex parte imminuat, quem augeri non modo accommodatum est saluti fidelium, sed divinæ etiam gloriæ maximè consentaneum.

Meminerint tandem Sacerdotes, quæ verba in Missa sunt alta voce proferenda, ea ita distinctè, ac voce intelligibili pronuntiare, ut ab omnibus audiantur; quæ vero secreta appellantur submissè legant, neque suæ fidant memoriæ in re tanti ponderis, sed attentè agant, quod agunt Consecrationis potissimum tempore, et noverint quod sit eorum debitum circa sacrificij applicationem, ut proprias gravent conscientias, et dum elemosinas non faciunt suas ad restitutionem teneantur. Perlegant, et reponant animo Bullam Sacræ Congreg.is Concilij Urbani octavi auctore editam de concelebratione Missarum.

De

De Materia et Ministro Sacrificij

In Missæ celebratione hostias quæ a viginti aut amplius diebus confectæ sint minimè probamus. Albi verò vini usum eo impensiùs commendamus, quod purificatoria vino rubro turpiùs fœdari non ignoramus. Quod atinet ad Ministrum, qui celebranti adsistat, eum (si fieri possit) clericum esse, ac talari veste, ac superpelliceo indutum laudamus, atque ut talis sit enixè commendamus.

Ejus officium fuerit lumina accendere, Missale in promptu habere, urceolos præterea, quibus aqua, et vinum in sacrificio ministratur, cum lebete, et linteolo, et cæteris quæ ad Missæ Ministerium requiruntur in Altari suis locis preparare. Sacerdote rem divinam faciente per Ecclesiam non vagari, non vana, non inania ac forte ridicula colloquia miscere; sed ita ad omnem

modes-

modestiam compositum esse ut externa species interiorem denotet animi pietatem ac religionem designat.

De Præcepto Annuæ Confessionis & Communionis Paschalis.

Quemadmodum maximè salutifero Pœnitentiæ Sacramento a prima integritate, et innocentia relapsi non minus egent, quam nondum renatis Baptismus necessarius existit: ita præcepto annuæ Confessionis (quod esse de jure divino et Ecclesiastico nemo ignorat) utriusque sexus fideles tenentur postquam ad annos discretionis pervenerint adeo clarum, et perspicuum est, ut nihil opus sit, vel sacrarum litterarum testimonia adducere, vel conciliorum vel canonum decreta in medium afferre. Illud.

illud -n- D. Ioannis cap. 20 cui non occurrit. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt.

Cui etiam annuae Confessionis edictum non innotuit, quo fideles semel saltem in anno, idque circa tempus Paschale per sacram Exomologesim expiare animos jubentur, immo proprio Sacerdoti peccata sua confiteri tenentur. Ita -n- habetur in Concilio Tridentino sess. 14 cap. 5 in fine. Iam in Universa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu observatur mos ille salutaris confitendi illo et maxime acceptabili tempore Quadragesimae quem morem haec sancta Synodus maxime probat et amplectitur tanquam pium, et merito retinendum.

At quoniam illae ipsae militant rationes eadem de reverenter suscipiendo Sanctissimo Eucharistiae

Sacra-

Sacramento argumenta convincunt: nam ita apud D. Joannem Christus Dominus: Nisi manducaveritis carnem filij hominis, et biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis. Quoniam, et ad hoc plurimum facit Canon Concilij Latteranensis, ubi ita. Suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum &c.

Quoniam, et huic respexit Concilium Tridentinum sess. 13 de sacro Eucharistiæ sacramento can. 9. (Idcirco) nam canonicis præceptionibus hæc in deliquentes pæna statuitur, ut vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, et moriens Christiana careat sepoltura) ut contumaces contra ejusmodi præceptum ad bonam frugem se se recipiant ipso facto, seu latæ sententiæ subijcimus interdicto Ecclesiastico omnes Ecclesias tam Matrices quam filiales ejus tamen loci, ubi in hoc genere contumaces fuerint, quod quidem

quidem interdictum non habeat locum nisi tempore Paschali elapso, videlicet usque ad Festum Sanctissimae Trinitatis inclusive. Interim Parochorum partes erunt singulis, quibusque diebus Festis inter Missarum solemnia Populum admonere, ut resipiscat, atque a tam gravi piaculo abstineat nostri cum salutiferi tum necessarij consilij decreta urgendo, et animis fidelium altius inculcando.

Hic apponitur Bulla Pii Papae V
De Collatione Ecclesiarum Parochia-
lium, quam cum habeamus in aliis
Synodis existimamus esse omitten-
dam.

Declaratio

Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium circa facultatem absolvendi a casibus Sedi Apostolicae, et Ordinario resservatis.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita censuit per Confirmationes privilegiorum quas Regulares a Sede Apostolica post sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt nequaquam revixisse Privilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata, atque extincta; si quae habebant absolvendi a casibus contentis in Bulla, quae in die Caenae Domini legi consuevit, ut pote sublata per annuam ipsius Bullae publicationem, vires, ac robur aquisivisse ex subsequentibus Privilegiorum Confirmationibus: Ac perinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti, et necessario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam

Italiam in vim Privilegiorum aut confirmationum ejusmodi ejusmodi quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt posse quemquam absolvere, ab ejsdem casibus in Bulla Canæ aut Ordinario loci reservatis: Ac si secus egerint absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore: Ab alijs vero casibus et censuris Sedi Appostolicæ reservatis si quidem Regulares habeant a Sede Aplica absolvendi facultatem illam extra Italiam minime sublatam fuisse ijsdem sacræ Congregationis Decretis hac de re editis iussu san: mem Clementis VIII. Quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctitas sua ad se relatam approbavit, mandavitque ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter observari

Romæ 17 Novembris 1628

F. A. Card. S. Honofr.

Loco ✠ Sigilli

P. Fagnanus

Vincentiæ apud Fran.cum Grossam Impressorem Episcopalem M.DCXXIX.

De ijs, quae animarum curam exercere, et Sacramenta administrare possint

MARCUS Divina Miseratione.
PATRIARCHA AQUILEJÆ &c.

Cum ad nostram pervenerit notitiam inter-
dum in hujus Diœcesis Ecclesijs quosdam, tum se-
culares, cum etiam Regulares Sacerdotes Sacra-
menta audacter ministrare nullo examine, nullave
nostra praecedenti approbatione, quotius requiren-
tur a personis interdictionum ignaris, quibus post-
habitis Archidiaconi quidam, Vicarij Foranei, Pleba-
ni et Parochi in usum fere duxerint in ipsorum
Ecclesijs ejusmodi Sacerdotes ad animarum curam
minime approbatos admittere. Nos autem pro Officij
nostri munere ejusmodi jacturam evellere omnino
volentes

volentes; Constitutionibus nostris Patriarcalibus inhaerendo praesentium tenore publicae interdicimus strictèque prohibemus, ne quis Sacerdotum tam Secularium quam Regularium cujuscumque Ordinis status, tempore necessitatis duntaxat excepto, seu instituti existat audeat, vel praesumat sub quovis praetextu Ecclesiae Sacramenta ministrare, habita vel non a Rectore permissione, nisi canonicè fuerit ad animarum Curam, vel praevia licentia nostra in Scriptis specialiter admissus aliàs suspensionis poenam ipso facto incurrat, et reliquas etiam prolatas censuras, nec non et penas arbitrio nostro inspecta qualitate Contrafactionis infligendas: Quibus item poenis irremissibiliter ijdem Rectores mulctabuntur qui secus ausi fuerint quamvis in illorum Ecclesijs admittere. Quemadmodum nobis facultatem reservatam esse volumus, prout reservamus contra eos, qui hactenus transgressiones ejusmodi nostrarum consti-

constitutionum perpetrarunt proprias ut tam gravis materia exigit adhibendi correctiones.

Praemonemus insuper cunctos Sacramentum Paenitentiae Ministrantes ne sub jam dictis paenis absq; nostra speciali in scriptis impartitione audeant manum imponere in casibus nobis et Vicario nostro Generali praecipuè in jam edita pagina resservatis.

Datum. Utini die 25 Junij 1646

Bernardi.s Omianus Cancel.s
Patriarchalis Aquileja, m.to

Aggiunta alle Constitutioni Decreti e provisioni de Monisterj

Non sia lecito alle Camarlenghe o Massere di pigliarsi l'assunto delle spese del Companatico a tutte le Monache ma il Monistero detto, o far dase tali spese, o somministrar tutto quello che è necessario per quanto importano le sue rendite ad essa Camarlenghe, alle quali si permette che per ricreazione delle Monache due volte all'anno solamente possano spender 3.7.2 per testa e non più sotto pena all'Abb. che contrafacessero di privazione della carrica: et quanto alle Camarlenghe o chi avesse dall'officio di restar prive per un anno della voce così attiva che passiva entro il qual tempo non possano comparir ai Parlatorj.

Le Putte d'educazione si tenghino tutte in un

un luogo in letti però separati, e la notte vi stia una Monaca alla loro custodia.

Non sia vestita alcuna Signora se prima del suo esame non vi sarà la fede autentica dell'attuale deposito della sua dote in luogo sicuro, della qual dote non si possa disporre in tutto, ne in parte se non dopo la solenne professione in conformità del Decreto del Sacro Concilio di Trento alla sess. XV cap. XVI sotto pena della scommunica nella quale incorrano quell' Abbadesse, Priore, o Superiore che anticipatamente si valessero d'esse doti.

E per non amettere contesa fra le Monache nella precedenza, se gli fa sapere il decreto della Sag. Cong. in quello proposito, che la precedenza si regoli dal tempo della professione non dall'abito ricevuto e quando due, o più professassero insieme nel medesimo giorno debba preceder quella che è stata prima vestita, e se anco fossero vestite in un medesimo

desimo

desimo tempo data similmente la parità della professione preceda quella che è stata prima accettata.

E perche la clausura de' Monisterj delle sagre Vergini riesce sommamente necessaria per conservar illesa la loro inocenza, a segno che dal sagro Concilio di Trento sono escomunicati tutti quelli, che senza urgente o morale necessità delle Monache, o del Monistero, e senza licenza de' Superiori in scrittura ardiscono violarla. Perciò inherendo alle Constituzioni e provisioni già fatte si commette a tutte l'Abbadesse Priore, Prefette, e Portinaje de Monisteri, che con ogni puntualità osservino, e faccino osservare inviolabilmente dalle sue Monache sotto l'accennata pena essa clausura.

Anzi perche maggiormente si conservi intatta l'honestà Regolare d'ogni ombra di scandalo vogliamo, che nell' introdur gli operarj siano puntualissimamente osservate le infrascritte cose, cioè

1. Che

I Che non s'introduca alcuno avanti l'alba del giorno, ne vi resti dopo l'Avemmaria della sera. Dalle quali hore però si eccettuino li Confessori, Medici Barbieri, o Chirurghi in occorrenze improvise, o per la salute dell'anima, o per quella del corpo, nel qual caso doveranno sempre esser accompagnati almeno dalle due più Vecchie, e con lumi accesi.

II. Ma il Confessore non v'entri mai che con la Cotta e Stolla, e solamente in occorenza d'amministrar Sacramenti, o di raccomandar l'anima tanto a Monache quanto a Figlie d'educazione, che non potessero scender al Confessionario, e così stia vestito fin all'uscire della clausura, nella quale non possa entrar, ne per l'aspersione dell'aqua santa, ne per accompagnar il Medico.

III Che mentre si confessarà l'Inferma la porta della Camera stia sempre aperta in maniera che il Confessore, e la penitente possano esser veduti, ma non

uditi

uditi dalle Monache deputate a tale assistenza, e se il suo sitto della Cella non permettesse il poterli vedere almeno stiano vicine alla porta ma in distanza che non possano sentire.

IV Che in ogni occorrenza d'introdur huomini ò Donne entro la Clausura vi sia presente la Madre Abbadessa o altra Superiora, o due Monache Vecchie deputate particolarmente à questo effetto, e nell'entrare si dia segno con la campanella acciocche le Monache, e specialmente le Giovani e Figliuole d'educazione si retirino per non esser vedute.

V Che i Marangoni Fabri, Murari e simili operary non s'introducano se non in tempo di necessario bisogno e con licenza in iscritto per quel tempo ch'avranno da operare, e vadino al luogo dell'opera a dirittura, ritornando per l'istessa strada senza vagare per il Monasterio, nel qual non restino a mangiare, o bere, ne vi faccino altro servizio, che quello al

al quale ciascuno respettivamente sarà stato ascritto.

VI. Che sotto pena di scomunica alcuno d'essi operarij porti lettere, o presenti ad alcuna Monacha particolare, ne li accetti da esse, per portarli ad altri fuori del Monistero.

VII Che non possa alcuna Monaca (fuori che le Deputate) o Figlia d'educazione, parlare coi lavoranti od assister al luogo dove essi lavorano senza special licenza dell'Abbadessa.

VIII. Che non entri, o resti nella Clausura alcun Garzone, o lavorante senza il suo Mastro, il quale non possa mandar altri in suo luogo, ne condur seco chi non sia notato nella licenza.

IX. Che li Servitori ordinarj non sian admessi nella Clausura fuori che per servizj realmente necessarj, e che non possan esser comodamente fatti dalle Monache, o serventi come travasar vini voltar botte, e simili.

X. Che

X Che l'Ortolano nell'entrar ed uscire sia accompagnato per la Clausura da due Monache Vecchie acciò vadi a dirittura nell'Orto, dov'entrato si serrino le porte, il quale non possa entrar avanti il levare, ne trattenersi dopo il tramontar del sole

XI. Che non si ametta alcun Facchino o altra persona, che portasse Casse forzieri, valise grosse o stramazzi, se prima non s'aprirà dalla Superiora o d'altre Monache Deputate a tal'effetto, et ciò all'ingresso della porta.

XII Che non si ricevino entro il Monisterio robbe di persone, che non habitino in esso Monisterio senza special licenza in iscritto, ne s'introducano per la porta Maestra quello, che può entrar per la rotta.

XIII. Si prohibisce sotto pena di sospensione a Divinis ipso facto incurrenda a tutti li Sacerdoti, e Chierici di qualunque grado, stato, ordine,

e con

e condizioni si siano il parlare scrivere, mandar lettere o presenti a Monache, ò ad altre persone che si ritrovino ne Monasterij senza espressa licenza in iscritto eccettuando però li Sacerdoti e Chierici Secolari che fossero Fratelli o Zij Paterni o Materni di qualche Monacha od altra Persona del Monasterio ma li Regolari ancorche Parenti in pmo e 2do grado non possano esser amessi senza special licenza in iscritto in conformità degli Ordini della sagra Congregazione sopra Regolari.

XIV. Perchè tall'hora occorre all'Abbadessa o Priora il dar licenza ad alcuna Monaca di parlar con Persone secolari per occasion di negozij od altro per tante volte o per tanti giorni dovrà d. Abbadessa o Superiora conservar appresso di se tal licenza acciò non s'ecceda il

numero

numero prefisso, et la licenza per parlar ad uno non serva di parlar ad altri

XV. Et perche nessuna Monacha, ad altra del Monasterio non possa pretender ignoranza dei premessi particolari se ne tenga affissa una copia alla porta ordinaria di dentro un altra stia affissa entro via il Confessionario acciò il Confessore possa interogar le penitenti sopra le trasgressioni di quelli etia et un altro esempio ne stia alle mani della Superiora per farla leggere due volte all' anno.

De Fine Synodi ac Decretorum observantia

Hæc sunt quæ hoc potissimum tempore pro divini cultus augmento cleri reformatione Sancti monialium regimine et animarum nobis commissarum salute

salute duximus statuenda. Ea vero ut ab ijs, quos
decet debitae examinationi mandentur continuo
imprimi et evulgari curabimus, et publico edicto
ad valvas palatij Nri Pontificalis jam impressa de-
nuntiatae volumus arctare quoscumque non secus
ac si singulis personis intimata forent.

Praecipimus autem Dignitatibus Canoni-
cis, Parochis Archidiaconis, Vicarijs Foraneis, caete-
risque beneficiatis, ac in sacris ordinibus Consti-
tutis ut intra Mensem ab impressione earum exem-
plar apud se habeant illudque in argumentum
obedientiae Vicario Nostro Generali ostendant sub
poena unius Marchae Aquilej. quod Congrega-
tioni Doctrinae Xtianae destinamus facultatem
impertientes ejus Priori Generali eandem poenam
irremissibiliter exigere vice examini Curiae nostrae.
Caeterum, quod reliquum est reservamus nobis facul-
tatem presentes Constitutiones commutandi augendi
, et inter-

interpretandi, et explicandi salva in omnibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium Ecclesiarum Magistræ auctoritate, et judicio, cui acta decretaque nostra qua decet reverentia supponimus &c.

Illmus, et Rmus in Xto Pater et D. D. Marcus Gradonico divina Miseratione Pathia Aquilejensis &c. Omnia, et singula Decreta antescripta alta et intelligibili voce legi, et publicari præcepit in ejus Pathcali Ecclesia S. Antonij Civit. Utini in qua universa Diœcesana Synodus coacta reperiebatur, a qua nemine discrepante approbata fuere quæ in examinationis usum induci, ac per me Notm et Curiæ Cancellarium infrascriptum in fidem omnium præmissorum subscribi mandavit.

Acta fuerunt hæc Anno a Nat. Domini

Fragmenta seu schedulæ
quædam Constitutionibus Antony
Grimani a Constitutionibus Tra-
donicis interiecta

Cap primo pag 18 parag. quæ incipit in Baptismi Sacramento in Synodo Tradonica affixa videtur schedula tenoris sequentis, cum qua eandem paragrafum forte judicatum est fuisse commutandam

De Sacramento Baptismi

Baptismus quo a peccato originali mundati in Xti oves Domesticas sigilamur opportunè, ritéque administrabitur si quæ in Rituali de materia, et forma ipsius, deque Ministro, et Patrinis decreta sunt Parochi diligenter recognoscent, et observabunt

Quos inter Missarum solemnia vulgari idiomate volumus sæpius instruere obstetrices, et reliquos homines, qui in casibus periculosis multotius baptizant quæ intelligant.

1 Formam ab ipsis prestandam materno sermone his vocibus. Io ti battezo in nome del Padre del

del Figliuolo, e dello Spirito santo, et eodem tempore, quo verba proferunt aquam effundendam curent, adeo quod carnem sive cutem capitis insimul lavent, intentionemque habeant faciendi, quod intendit Ecclesia.

II. Materiam in his casibus sufficientem esse aquam naturalem, quamquam desint sal et olea sacra; sciantque in hoc actu Baptisimi privatim domi celebrati contrahi cognationem spiritualem inter personas a Conc. Trid. expressas, non verò in sequentibus ceremonijs, quæ postmodum in facie Ecclesiæ adhibentur.

III Si dubium fuerit, an infans vivat, vel non, baptizetur sub conditione si vivat non aliter

IV. Si infantuli menbrum aliquod egreditur alveum maternum baptizetur illa pars aqua; sed si postea totum corpus egrediatur, vel tantum caput manente adhuc periculo baptizetur sub conditione, cum dubium sit inter Doctores an baptismus collatus non in capite sit validus si vero in caput fuit collatus non reiterabitur.

Horten-

V. Hortentur praeterea Parochi Matres, ne recens natos in proprio lecto cum evidenti suffocationis periculo retineant; ac ut ubi primum Domo exierint templum Domini adeant gratias acturae Deo omnium bonorum largitori qui illas fructu caelestis benedictionis donaverit.

Eodem cap. pag 36 circa medium paragraf. Doctrinam xhianam apponitur sequens fragmentu

Clerici omnes assidue in tam pium opus incumbant secus ad alios ordines se nullo unquam tempore promovendos sciant, nisi clare constiterit per litteras Prioris Pratis respectu degentium in Civitatibus extra vero Vicarij, seu Parochi juramento firmatas eos quolibet die Dominico huic sancto exercitio interfuisse.

Quoniam vero maximo cum animi nostri moerore audivimus nonnullos Parocos, et Rectores adeo negligenter se habere in tanta re, ut vix, ac ne vix quidem aliquando Ecclesiam adeant hoc paterna charitatis officium parvulis exhibituri. Nos tanae jactura ejusmodi omnium ore conclamata, latius irrepat declaramus hos omnes, quoties abfuerint

fuerint toties actualiter incidere in pœnam Marcæ unius denariorum Aquilejæ, quam ex nunc per tunc applicamus comodis Congregationis Doctrinæ Xtianæ. Quam pœnam, qui intra spatium octo dierum Priori Generali ejusdem Congregationis non solverit suspensionem a Divinis incurrat super qua nequeat dispensari, nisi duplam pœnam prædictam dederit.

Ignorantes ad salutem necessaria puta orationem Dominicam, Credo, salutationem Angelicam, decem mandata Decalogi, præcepta Ecclesiæ, peccata lethalia, et Sacramenta, nequeant aliquem a sacro fonte suscipere, aut in confirmatione tenere, nec Matrimonium contrahere, nisi forte ita indociles essent, ac memoria, et judicio debiles, aut inhabiles pœnitus ad hæc addiscenda inveniantur.

Animadvertentque Confessarij non posse absolutionem peccatorum ijs impertiri, quos ex culpabili ignorantia præcipuorum Mysteriorum et Xtianæ fidei documenta neglexisse perspexerint.

Cap.

Cap. 2 pag. 46 in fine paragr. Deambulationes fit soquens additamentum

Nullus propterea cujuscumque conditionis existat sub excomunicationis poena inter cellebrationem Missarum, et cantum divinorum Officiorum aut dum enuntiatur Fidelibus verbum Dei audeat per Ecclesiam deambulare, cachinari, conventicula cogere quibus divina offitia impediantur, et mentes Fidelium orationibus et meditationibus intentae perturbentur. Nullus Altaribus propius accedat aut innixus haereat Baptismali Fonti seu vasi aquae benedictae.

Cap. 6 - De vita et honestate Clericorum pag. 61 affiguntur duae schedulae in fine paragraf. Mulierum suspectarum quae hic transcribuntur.

Nullus praeterea Domi suae Feminas retineat etiamsi cognatae vel consanguineae extiterint Matre, et Sororibus exceptis, sed si quis earum necessitatem habuerit facultatem a nobis in scriptis

impetret

impetret. Commatres nemo assumat et a Mulierum consortio et colloquio quisque desistat, ne incontinentiæ notam incurrat.

Clericum qui a seculo discessit in sortem Domini adscitus adhuc seculi negotia appetere non decet, illis itaque inhibemus mercaturæ cujuscumque exercitium frumenti, vini, serici, animalium aliorumque mercium sub poena amissionis earundem, quarum altera dimidia dabitur accusatori, et altera locis pijs a nobis nominandis. Et illud ante omnia volumus cunctis innotescere, nulli Ecclesiasticorum licere medicinam exercere, societatum contractibus se ingerere, conductores prædiorum fieri, aliorum personam tanquam Procuratores repræsentare, fidejussionem facere, nisi ad pias causas, Tutoris partes sustinere sine nostra expressa licentia, quod extendimus etiam ad eos qui directe, et indirecte per suppositas Personas hujusmodi

modi negotiationibus Ecclesiasticis illicitis, et a canonibus respective damnatis inserviunt.

Quicumque verò nostræ jurisdictionis his legibus non paruerit prout equum fuerit punietur aut pænitentijs salutaribus, aut mulcta pæcuniaria, aut suspensione ab executione ordinum, aut privatione beneficiorum, aut carcere, aut exilio, aut pluribus simul pænis ac gravioribus pro mensura culpæ, et qui semel punitus in eandem reinciderit duplici pæna corrigetur.

Hæc ultima si inseratur monetur detrahenda esse paragraf. Synod. Primarii quæ eodem modo incipit

Eodem cap. 5 par. de Clericorum habitu pag. 75 ult. lin. post illa verba. Alias quoscumq colores &c damnamus et prohibemus addunt hæc verba.

Vestes vulgo Tabbarros sub eisdem pænis in Civitate Tenis et Oppidis omnino reicimus.

Et pag. seq. in fine hujusmet paragraf. addicitur. Singuli

Singuli autem Beneficiati toties pœna amissionis fructuu unius mensis quoties habitu dereliquerint se incurisse sciant. Non beneficiati verò pœnis arbitrio nostro mulctabuntur.

Cap. 4 de Testibus Synodalibus pag. 89 paragraf. Quas nostras Constitutiones ante verba: earum rigore, et pejus unumquemque post idum a die promulgationis mensem additur sequens postilla.

Ideo illarum codicem a Typographo ante discessum ab hac Civitate quo hujus Synodi gratia accesserunt emi et secum ad domu gestare; Clerum vero Utinensem intra sex dieru spatium id exequi pœna unius Marchæ dena. Aquil. in singulis teneantj.

Schedule volantes intra librum

Ut eos qui per contumaciam convenire ad Synodum neglexerunt internoscamus, et eos qui legitimas

gitimas excusationes non attullerant paenis a sacris canonibus iniunctis subijciamus praecipimus et decernimus ut singuli R.R. Abbates Praepositi Archidiaconi Vicarij Plebani, aut ij, qui praefecturam aliquot Ecclesiarum susceptam habent mandato nostro Notarijs Synodi praesentibus policiam Curatorum Praesbiterorum et Clericorum in sacris existentium suae Regionis exhibeant cum singulorum nomine, cognomine, Patria titulo beneficiali, et ordine sacro. policiam vero illorum, qui non venerunt et excusatione aliqua se tuentur consignent Iudicibus querellarum et excusationum tempore congruo tradenda.

Neminem ad Sacerdotij ordinem promotum Missam celebrare sancimus nisi obtenta a nobis privatim benedictione. Hanc vero nulli impertiemus quam in Caeremonijs approbatum unius saltem ex Deputatis non ostenderit.

Deputatorum vero ad caeremonias audiendas sunt haec

R.dus Josonus Parochus S. Petri

Rdus Joanninus Parochus S. Valentini
Rdus Piccinus Parochus Ssmi Redemptoris
Rdus Tambossius Parochus S. Clare
} ex rurae Archidiaconis et Vicarij Foranei

Aliae Schedulae volantes in fine libri.

Pma. Has nostras Constitutiones cum Capitulo nostrae Metropolitanae Patriarcalis Ecclesiae, ac nonnullis ex Clero nostro peritis, ac prudentia praeditis Viris ante publicationem comunicavimus consuluimusque.

2da. Adm. R. D. Paulus Seupolus Des. Aquil

Octavius Tenricus
Xaverius Sbrojavaca
Franciscus Franceus
Maximus Hordius
Joans. Nicolaus de Arcano
} Canonici Aquilejenses

R. D. Nicolaus Ricius Decs.
Davius Bernardis
Leonardus de Maniaco
Valerius de Valconijs
Michael Missius
} Canonici Civitaten.

R.

4

R. R. P. D. Hieronymus Vio } Canoni. Univ.s
Cancianus Midthius
Josephus à Porta
P. Lucas Mc Gilli
P. Jo. Bapta Piccinus